



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 14. Poloni sectariorum progressibus obsistere intenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

§. XIV.

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

Poloni Sæctariorum progressibus obsistere intenti.

Protestantes, qui vulgari nomine in Polonia *Dissidentes* vocantur, vel maxime sub auspiciis Caroli XII. Suecorum Regis regnum hoc semper apprime Catholicum, latius grassante eorum secta fæde contaminarunt; sensim enim aliorum Principum patrocínio freti, cum olim nonnisi pacis amore tolerati, aut violenter intrusi fuerint, jam paribus juribus cum Catholicis frui, sibi que liberum sectæ usum concedi postularunt. Ad tantam audaciam non raro eis calcar addidere dissensiones inter Regem & proceres, necnon tam intestini quam exteri belli tumultus: in turbido enim piscandum rati partim minis partim promissis auxiliis tantum extorsere, ut quibusdam in urbibus regiis sectæ suæ fana erigere, ibique publico exercitio deinceps frui permitterentur, in aliis tamen locis, ubicunque demum agerent, novas Ecclesias erigere eis non liceret, licet privatim suæ religionis actibus vacare datum esset. Hæc eis singulari ex favore indulserat anno Christi millesimo sexcentesimo trigesimo secundo *Confæderatio*, ut vocant, Polona, his verbis:

In

Sæc. XVIII. *In urbibus regiis, ubi in præfenti Dis-*
 A. C. 1741. *dent in Ecclesiis a se erectis publico gaudere*
exercitio, eodem in posterum quoque
perinde ac nunc gaudere & uti poterunt.
Ubi vero Ecclesias in præfenti ad eum
sum erectas non habent, eas ad evitandum
tumultus, ibidem erigere non debent.
privatim tamen unicuique privato incho-
peregre venienti devotionibus sacris tota-
peram dare, integrum erit. Quorum
vero Sectariis nil magis familiare est
quam quod semel ex mera benevolentia
admissi sese contra manifesta Principum
jura & pacta latius diffundere, sua
sectam propagare, amplioresque fan-
tes quovis pretio & captata quacunque
occasione extorquere intenti sint, ita
in currente hoc sæculo accidit; quibus
enim Cives genere Nobiles & Religiosi
Lutherani in Lobzanica urbe proprio
arbitrio Templum erigere, ac Pres-
cantem & Ludimagistros introducere
præsumpserant, atque in attentatam
patrociniæ præfatæ Consæderationis
decretum allegarunt, causantes,
UBI pariter ad Regias Urbes esse reser-
rendum. Comperto horum ausu citius
tur rei, discutitur causa & examina-
tur allata eorum argumenta: cum re-
tem Dissidentes in rem suam nil nisi pro-
vatas quorundam Palatinorum concessio-
siones allegare possent, hæc autem

Sæc. XVIII.
A.C. 1741.

nifestis regni juribus legibusque adver-
sarentur, nulloque legitimo comitorum
decreto approbatæ fuissent, hinc pro-
nuntiata sententia hoc sanum demoliri
& Prædicantem cum ceteris scholæ mi-
nistris expellere jubebantur. Nil eis re-
liquum erat, quam ab hac sententia ad
Regis tribunal appellare, ubi tamen ha-
bita æquitatis ratione causa ceciderunt:
unde clauso hoc sano Præco Lutheranus
cum suis ejectus fuit. Hujus vero sen-
tentia tenor erat sequens:

„Anno Domini millesimo septingen-
tesimo quadragesimo primo, die vero
„Mercurii duodecima Mensis Julii, Ca-
„meni. Coram Perillustri, & Re-
„verendissimo Domino *Josepho Eras-*
„*mo de Platern*, Ecclesiæ Metropoli-
„tanæ Gnesn. Canonico, Archidiaco-
„no & Officiali Camenensi, Tucho-
„liensi Præposito, & in ejus publica cau-
„sæ Audientia comparens personali-
„ter Perillustri & admodum Reveren-
„dus *Adalbertus Bebrent*, Ecclesiæ Col-
„legiatæ Camenensis Custos, Decanus
„Foraneus & Præpositus Curatus Lobfi-
„nensis, Actor Principalis in termino
„ex citatione ad publicandam senten-
„tiam definitivam ex Cancellaria officii
„& judicii præsentis emanata, debite
„legitimeque executæ, pro hodie ca-
„dente accusata contumacia spectabi-
„lium

Hist. Eccles. Tom. LXXVII. C c

Sæc. XVIII. „lium ac famatorum Martini Karkneda
 A. C. 1741. Præconsulis Joannis Kurzmann, Boge-
 „lai Kurzmann, Constantini Schlichting
 „Szendel, Stanisl. Bieniewski, sliorum
 „que civium seniorum oppidi Lobzenica
 „sectæ Lutheri adhærentium, in causis
 „& actione judiciaria, occasione ere-
 „ctionis ac ædificationis Fani, necnon
 „conservationis circa idem fanum Præ-
 „dicantis, in assistentia competenti cito-
 „torum; & in talem eorum contum-
 „ciam, si & in quantum non comparere-
 „tium, nec quidquam contra publica
 „tionem sententiæ definitivæ dicentium
 „verbo vel in scriptis inferentium, quod
 „doquidem liquido constat & deductum
 „prærecensitum Fanum in oppido Lob-
 „zenica contra jura & Constitutiones
 „Regni erectum esse, Prædicantis
 „quoque illicite & nulliter introductum
 „qui taliter introductus cum summo
 „præjudicio Sanctæ Fidei Romanæ Ca-
 „tholicæ in hoc inclyto Regno prædi-
 „cantis multos apostatare, erroribus
 „& dogmatibus suis peregrinis imbuere
 „atque confirmare, cætus & conventus
 „cula publica pro illis peragere audeat
 „Fanum proinde dictum juxta obloque-
 „tiam jurium Regni demoliri, dirui, Præ-
 „dicantem aliosque Lutheranos scilicet
 „liregas & ministros abalienari, amove-
 „ri, quæ juris & justitiæ fuerint, sep-
 „tentiari petiit & cum debita instantia

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

„postulavit &c. Præsentibus ex ad-
 „verso Spectabilibus ac Famatis *Stanis-*
 „*lao Bieniewski & Boguslao Kurzmann*
 „Civibus Senioribus Lutheranis ex op-
 „pido Lobzenica ad hunc actum Depu-
 „tatis in assistentia Domini *Joannis Je-*
 „*litowski*, Bonorum Lobzenica & Rataie
 „hæreditatis Magnificæ Dominæ *The-*
 „*rese de Swiniarska Radulinska*, Succa-
 „merariæ Wschowensis, Oeconomi com-
 „parentis, causam præsentem ad Fo-
 „rum seculare spectare allegantibus.
 „Et Perillustris ac Reverendiss. Domi-
 „nus Judex, sedens, foro spirituali huic
 „causæ competenti adinvento, Christi
 „Domini Nomine invocato, matura in-
 „ter se præhabita deliberatione, ad fe-
 „rendam sententiam definitivam in hac
 „caussa in judicio suo intentata & agi-
 „tata, condescendit, auditis &c. lectis
 „quoque & bene trutinatis juribus ac
 „certis quibusdam scriptis ex parte ci-
 „tata coram judicio suo productis, eo-
 „que penitus attento, quod ejusmodi
 „scripta ac facultates non modo contra
 „S. Canones, sed & contra jura regni ab
 „hæredibus Bonorum Lobzenica propria
 „usurpativa authoritate, pro habendo
 „sano & retinendo ibi Prædicante, a-
 „liisque Augustanæ professionis dissi-
 „dentibus Lobzinsibus sunt impertita
 „& concessa. Primum enim scriptum
 „seu facultas pro conservando Prædi-

C c 2

„can-

Sæc. XVIII „cante sub die 10. mensis Martii A.
 A. C. 1741. „1662. ab Illustrissimo olim *Carolo An-
 Gradzinski* Palatino Posnaniensi in fe-
 vorem eorundem dissidentium factum
 „quo mediante concedit illis dictus o-
 „lim Illustrissimus liberum exercitium
 „devotionum suarum: secundum quo-
 „que scriptum ab Illustriff. *Stephano*
 „*Gradzinski* Subdapifero regni sub die
 „tertia Martii A. 1682. liberalibus & lo-
 „culentis terminis conscriptum cu-
 „permissione liberi exercitii, tum co-
 „servandi Prædicantis, aliorumque mi-
 „nistrorum & Scholiregæ pro instru-
 „ac imbuenda dogmatibus suis pro-
 „Lutherana; cætera pariter similia
 „pta tam ab Illustrissimo *Paulo Bialovi-
 „Palatino Calisiensi* sub die 30. mensis
 „Apr. A. 1688. quam Illustr. *Joanne*
 „*Krozbok Lacki* Castellano Calisiensi
 „A. 1692. iisdem data & conce-
 „Quæ omnia scripta præfatorum magis-
 „ficorum pro tunc hæredum bonorum
 „Lobzenica cum sint illicita, & religio-
 „ni catholicæ contraria, juribusque re-
 „gni adversantia, tum quoque dicti Bo-
 „gnifici concedentes præmissa scripta
 „nullum jus dandi & concedendi ha-
 „buerint, imo eodem attento, quod de-
 „mo Catholicorum cujuscumque digni-
 „tatis & Præeminentiæ foret. etiam pro
 „usu catholicæ devotionis aliquas Co-
 „pellas

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

„pellas privatas sine licentia Episcopo-
 „rum in suis bonis constituere possit,
 „tanto minus hæreticis fana sibi ex-
 „struendi & in illis conventicula facien-
 „di permittere valet; idque non solum
 „rectæ rationi repugnat, ut aliquis id,
 „ad quod nullam potestatem habet, da-
 „re possit, sed etiam lumen fidei Catho-
 „licæ, seminare in Ecclesia Dei zizania,
 „animasque pretioso sanguine redem-
 „ptas depravare, abhorret; & non tan-
 „tum similia facere, sed etiam favere,
 „sit magnum peccatum, quod tam le-
 „gibus ecclesiasticis quam publicis adeo
 „circumscriptum, ut similia agentes sint
 „Fautores, ac per consequens, non so-
 „lum viventes ab Ecclesia sint excom-
 „municati, sed etiam legitimæ pro-
 „les usque ad quartam generationem
 „fiant incapaces omnium bonorum;
 „statuta quoque regni, prout ex *Her-*
 „bruto Tit. de Hæret. fol. 75. evidenter
 „patet, inter infames illos ponunt, qui
 „dant Protectionem hæreticis, & om-
 „nia bona ipsorum mobilia & immobi-
 „lia, in quibuscumque rebus consisten-
 „tia confiscanda thesauro regio applicari
 „debent. Confæderatio quoque Parc-
 „zouzensis & statutum *Jagellonis* pro ta-
 „libus nec verbum loqui finit. Et quam-
 „vis confæderatio anni 1632. quam pro
 „se hæretici allegant, ipsis devotiones
 „suas

C c 3

Sæc. XVIII. „suas in civitatibus regiis in fanis ante-
 A. C. 1741. „hac fabricatis peragere usu tantum
 „permittit; alibi id fieri penitus inter-
 „dicit, & nonnisi transeuntibus, idque
 „in silentio sine cantu & sine concioni-
 „bus permittere, evidenter constat: A.
 „liæ quoque subsequentes confæderati-
 „ones sub tempus interregnum A.
 „1648. & A. 1668. & rel. id realium
 „serunt, & nihil ultra permittunt, nisi
 „præfatam confæderationem an. 1630.
 „de verbo ad verbum repetunt. Quod
 „quicquam sibi Dissidentes arrogant
 „aliquid plus ultra sibi licere putent,
 „quam præfata confæderatio A. 1630.
 „obloquitur, ut scilicet nullibi locorum
 „fana sive in oppidis sive villis tam re-
 „galibus quam nobilium conserventur.
 „Præterea tantum quæ in civitatibus
 „regiis solum ante confæderationem
 „dictam fuerunt, alia vero fana præ-
 „terea confæderationibus contraria, id est
 „non in civitatibus regiis ab antiquo
 „recta, sine quavis dilatione & strepitu
 „juris divini constitutio Anni 1717. præ-
 „bet & ordinat; sacri etiam Canonum
 „semper, ac fides catholica ad id ex-
 „equendum obligant. Cum itaque nullum
 „lum jus, nisi supra hæredum scriptum
 „Domini Dissidentes Lobsinens. favore
 „sui & pro fundamento præfati juris
 „allegent & producant, quod jus per-
 „mittit.

„mittendi nequidem ipsi Reges Poloniae Sæc. XVIII.
 „unquam sibi competere affectant, imo A. C. 1741.
 „etiam Episcopi in aliena Diœcesi etiam
 „si in propriis bonis ibi existentibus,
 „non possunt dare facultatem suis sub-
 „ditis aut Vasallis extruendi sibi novas
 „Capellas catholicas, imo nec Sacer-
 „dotibus dare facultatem in iisdem Ca-
 „pellis prædicandi, aut sepeliendi vel
 „matrimonia contrahendi, sine licentia
 „loci Ordinarii proprii. Proinde circum-
 „scriptis & cassatis dictis illicitis scriptis
 „præfatorum hæredum, iudicium præ-
 „sens dictum fanum in oppido Lobzeni-
 „ca hæreditatis Magnificæ Theresiæ Ra-
 „dolinska Succamerariæ Wschov. om-
 „nino demoliri, Prædicantem cum a-
 „liis ministris abalienari, & quævis
 „conventicula interdicti mandat atque
 „interdicit: scripta priorum hæredum
 „pro nullis, irritis ac illicitis declarat,
 „contractus quosvis alios in eodem fun-
 „damento cum quocumque initos & ha-
 „bitos cassat & annihilat. Et ad effe-
 „ctum demolitionis fani, amotionis
 „Prædicantis aliorumque ministrorum &
 „Scholiregarum Lutheranorum pro ex-
 „ecutione præsens decretum ad Magnif.
 „Dominam Theresiam de Swiniarska
 „Radulinska Succamerariam Wscho-
 „wienf. Bonorum Lobzenica Hæredif-
 „sam & Possessitricem, atque ad Ma-
 „gnifi-

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

„gnificos ejusdem Successores remittit.
„Hortando eosdem Magnificos in De-
„mino sub pœna excommunicationis
„contra Fautores Hæreticorum in jure
„expressa, & contra eos fulminanda
„quatenus intra quatuor septimanas
„lato præfenti decreto sanum Lobi. de
„moliri & Prædicantem cum quibusdam
„Scholiregis & ministris Lutheranis
„moveri faciant. Alias in eventu con-
„ventionis huic nostræ monitioni
„tunc pro ulteriori demandanda exco-
„municatione præfentis Decreti, extendendo
„que ulterioribus majoribus pœnis exco-
„municandæ Magnifica Succameraria Wichov-
„Bonorum Lobzenica Domina ac Suc-
„cessoribus ejus tam ratione non admi-
„nistratæ justitiæ, quam ob Fautoratum
„Hæreticorum ac contemptum censur-
„arum ecclesiasticarum ad judicia tribu-
„nalia regni remisit, & terminum
„elapsum quatuor septimanarum
„terminum eidem Magnif. Dominæ Succ-
„amerariæ ac Successoribus ejus ad com-
„parendum in Judicio tribunalitio regni
„seu tum & quando causa præfens
„Registro Arianismi vocata & acclama-
„ta fuerit, præfixit & assignavit
„prout &c. &c.

„A quo Decreto lecto & publico
„pars citata appellationem interposuit
„eandemque annotari petiit; & Per-

„Iustis ac Rev. Dominus Judex eidem Sæc. XVIII.
„appellationi detulit, & terminum tri- A. C. 1741.
„ginta dierum spatium assignavit, inhi-
„bitionemque contra eos emanatam in
„robore conservavit &c. &c.

(L. S.)

Ex Actis extractum

JOANNES THADEUS KIEDROWSKY,
Can. Cam. & Consist. Cam. Not.
Actuarius.

§. XV.

*Hamburgensium Protestantium intol-
erantia, erga Catholicos.*

Nil equidem ardentius frequentius-
que Protestantes in aures Catholi-
corum inclamant, quam tolerantiam;
hanc quoque non modo in rebus Politi-
cis, sed vel maxime in sectæ suæ usu
sibi ubique exhiberi postulant, cum ta-
men Catholicos a jure civitatis aliisque
dignitatibus, officiis & prærogativis,
quas tamen infimæ sortis hominibus
suæ sectæ addictis indulgent, in suis
terræ excludunt, & ne quidem pri-
vatum orthodoxæ Religionis usum ip-
sis Nobilibus permittunt. Tam inhu-
manæ intolerantiæ specimen hoc an-
no dedere Hamburgenses: hucusque
enim

C c 5